



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

Epistola XV. Gregorii Papae I. Ad Fortvnatvm Episcopvm Neapolitanvm.
Quod consecret ecclesiam sancti Petri apostoli, & sancti Michaelis
archangeli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

rendam, constituentes nullam vos exinde heredesque vestros quolibet tempore repetitionis molestiam sustinere, nec a quoquam vobis aliquam obiici quæstionem; quia ratio æquitatis exposcit, ut quod studio pietatis impensum est, ad redemptorum onus vel afflictionem non debeat pertinere.

EPISTOLA XV.

GREGORII PAPÆ I.

AD FORTVNATVM EPISCOPVM NEAPOLITANVM.

Quod consecret ecclesiam sancti Petri apostoli, & sancti Michaelis archangeli.

Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano.

THEODOSIVS abbas monasterii sancti Martini petitoria nobis insinuatione suggessit, quæ habetur in subditis, in domo quondam Martini, ex eius voluntate decessorem suum Andream abbatem monasterium, in quo monachi habitare debeant, construxisse. Et quia id in honorem beati Petri apostolorum principis & sancti archangeli Michaelis postulat dedicari, dilectionem tuam presentibus apicibus duximus adhortandam, quatenus ad prædictum locum, cum postulauerit, ingrauanter accedas, venerandæ solennia dedicationis impendens. Et quotiens necesse fuerit, a presbyteris ecclesiæ tuæ in loco sancto deseruiantibus celebrentur sacrificia veneranda Missarum, ita ut in eodem monasterio nec fraternitas tua, nec presbyteri, præter diligentiam disciplinæ, aliquid molestiarum inferant, aut si quid illic pro diuersorum deuotione commoditatis accesserit, sibi existiment vendicari, cum monachis in eodem loco deseruiantibus debeat proficere quidquid a fidelibus offerri contigerit.

EPISTOLA XVI.

GREGORII PAPÆ I.

AD ROMANVM DEFENSOREM.

De monasterio in Sicilia construendo.

Gregorius Romano defensori.

FILIVS noster Theodosius abbas monasterii a Liberio quondam patricio in Campania parte constructi,